Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



cundo Christi Seculo, imperante Antonino Pio, fidelium veneratione et prodigiis clara.

Vid. Adalb. Tschaveller im Gnadenthron Maria unter den 4 Saulen part. 1, c. 2.

19) Eutropius l. 8.

20) Mommsen in agro Veronensi exstat monumentum.

Q. Caecilio. Cisiaco
Septicio. Claro
Caeciliano
Procur. Avgvstor. et. Proleg
Provinciai. Raetiae. et. Vindelic
Et. Vallis. Poenin
Avgvri. Flamini. Divi. Aug
Et. Romae
C. Ligvrivs. L. F
Vol. Aoer
--Coh. I. Cr. ingenvor

Ad quam inscriptionem advertit Velserus rer. Aug. l. 6: Lapis -- indicat Caecilium Raetiam, Vindelician, et Vallem Paeninam simul rexisse (nam singulas deinceps rexisse vereor nemini probari posse) sed eum in modum indicat, ut distinctis nominibus tres provincias significet, Alpium scilicet partem, quae septendecim Galliis provinciis in Not. tia hoc titulo annumerata est: Alpes Paeninae (Penninae quibusdam codicibus) et Graiae: atque Raetias duas, primam Raetiae ipsius, secundam Vindeliciae nomine. Sed quaenam ista Alpes Poenina? quaenam illa Vallis Poenina? Roschmannus in Veld. c. 22 Wachtlerum allegat ita scribentem: Celtica Penn, Pinn, excelsum et summitatem significat, Latinos ab eodem principio formasse Pennus, Penninus, Appenninus, ex dictis manifestum. Inde Alpes Penina et Appennina, montes praealti, fastigiati, et in altissima caeumina exeuntes. Porro montem Brennum / alias ab antiquis aute Pyrenes alias Appenninum fuisse appellatum, fusius idem Roschmannus probat. Certe Strabo l. 4 dum ait: Supra Carnos Appenninus mons situs est; is caeum habet exeuntem in Ysaram; qui alium fluvium Atagin recipiens in Adriam effluit. Ex eodem caeumine fluvius in Istrum exit: montem quem hodie Brenner vocamus, clare designat; per Ysaram fluvium Eysack, per Ysarcum, per Atagin Athesin,

/ in Tirol. situm,

/ Atesinus